

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema CV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

æternum, Johan. 5.v.24. Ergo non timendum: quia Deus
Dominus noster, Psal. 73.v.25.

F I N I S.

THEMA CV.

Sap. 2.v.23. &c 24.

Ad vitam æternam Deus creauit hominem. &c. Inuidia autem Diaboli mors introducta est.

D I S P O S I T I O.

In omni homine duo considerantur, scilicet principium & finis, id est, vita & mors. Quorum hoc malum, illud vero bonum est. Hoc facit, ut homo cesseret esse homo: illud vero facit, ut homo sit homo.

Quia vero vitam, quæ principium & bonum est, à Deo esse constat, multi in ea sunt opinione, finem quoque hominis, id est, mortem, quæ mala est, itidem à Deo esse. At quia Deus bonus est, & malo nunquam delectatur, mortem certe non fecit (vt Sapiens cap. 1.v. 13. disertis verbis innuit) sicut vitam. Quia omnia, quæ fecerat Deus, valde erant bona, Genes. 1.v.31. Ideoque vindicat hoc loco Sapiens honorem Dei, insigni hac sententia: afferendo, Deum quidem causam & authorem vitae esse: mortis vero alium esse authorem, Deo plane aduersum.

Hanc itaque sententiam excutiemus, & ordine de auctoritate vitæ atque mortis sic dicemus, ut ista omnia ad summum nostrum aliquid conferant.

I. Pars.

Sic autem refert Sapiens. Deus creauit 1. hominem. Id liquido constat ex Gen. 1. & 2. Et fecit ipsum quidem animam viuentem, ibid. v.7.

2. Imo ad similitudinem suam fecit ipsum, sicut exstat consilium sanctissimæ Trinitatis, Gen. 1.v.26. vt scilicet, sicut Deus non tantum iustus & sanctus, sed etiam immortalis est: sic etiam homo non tantum iustus & sanctus, sed immortalis esset.

3. Et id alias verbis manifeste ediscerit: fecit seu creauit hominem ad vitam eternam. Non enim volebat Dominus minus hominem mori. Ideoque ut à morte caueret sibi, præcepsum illud dedit, ne vesceretur de arbore verita, Gen. 2. v. 17.

Et certum est, potuisse Adamum effugere mortem: si non peccasset. Sic enim iuxta beneplacitum Domini vivisset in felicitate perpetua, & ineffabili in his terris: & absque omni mortis interventu, ad maiorem felicitatem alterius vite transiuerit.

Tale enim Adamo datum est corpus, quod potuisse non mori: & sic immortalis factus est.

[Nota. Non inconuenienter veteres tres status hominisatione mortalitatis & immortalitatis fecerunt. In primo statu, Adamus ante peccatum fuit immortalis creatus, quia potuisse non mori. Mortalis simus quodammodo fuit, quia potuit mori. Immortalis est à Deo. Mortalitatem à seipso habuit. In secundo statu post peccatum omnino homo est mortalis, quia non potest non mori. In tertio statu post resurrectionem sic erit immortalis, ut non amplius possit mori.]

Augustinus hæc omnia paucis verbis complexus est, quæ placet hoc adscribere. Mortale secundum aliam causam, & immortale secundum aliam causam dici poterat. Mortale, quia poterat mori. Immortale, quia poterat non mori. Aliud enim est non posse mori, sicut quasdam naturas immortales creauit Deus: aliud autem est posse non mori, secundum quem modum primus creatus est homo immortalis. Mortalis ergo erat conditione corporis animalis: immortalis beneficio conditoris. De Gen. ad lit. lib. 6. c. 25. Tom. 3. fol. 419.

Vvss huius loci multiplex esse posset. Pauca tantum breuitatis causa attingemus.

I. Compescendum ex hoc loco murmur carnis & taxationis humanæ, quæ interdum indignatur Deo, quod fecerit talem Adamum, qui & peccare & mori, siveque nobis etiam

etiam peccatum & mortem accersere posset. Videmus enim plane nullam culpam Deo tribui posse: qui adamum nec mortalem nec peccatorem habere voluit. Neque ad mortem, sed ad vitam, eamque æternam creauit. Quod si aliter ipsum condidisset, non deberemus obloqui Deo. Quid enim dicat figulo vas, quare me sic finxisti? Rom. 9. Esa. 45. Jer. 18. Et quid sera contra trahentem? Esa. 10. v. 15. Iam vero cum Deus non fecerit Adamum mortalem, quid accusamus Deum? Vincit certe is, cum iudicatur, Psal. 51. v. 6. & obtinet, si maxime à nobis in ius vocetur,

Hiec. 12. v. 1.

Væ autem litiganti cum suo conditore, Esa. 45. v. 9. qd faciunt qui indulgent hisce carnis obmurmurationibus.

II. Videmus quam impie doceant, & quomodo luculentam iniuriam omnipotenti Deo faciant, qui ipsura insimulat: quod oportuerit Protoplastos in peccatum, adeoque etiam in mortem ruere: quia id nec Deo ociose præsciente nec inuito factum sit: Sed id gradatim sic ordinante, & cætera. [Beza in colloq. Momp.] Contra vero quomodo Deus unquam potuit velle, ut peccaret & moreretur homo, quem non ad mortem ordinavit, desinuisse est. sed ad æternam vitam creauit, & ut in æternum vivaret, voluit? &c. Et ne mortem sibi ipsi accerseret, leueris. Lme monuit, Gen. 2. v. 17.

III. Quia corpus nostrum beneficio Redemptoris Christi, in resurrectione recipiet non tantum illam qualitatem, quam habuit ab initio, ut possit non mori, hoc est, quod futurum est immortale, sed hoc insuper accipiet, ut non possit mori amplius, sicut portit Adamus: non accusabimus Adamum, sed glorificabimus Christum, qui restaurauit, quod Adamus perdidit, & immortalitatem reduxit, 2. Tim. 1. v. 10.

I I. Pars.

Vita à Deo Mors non. Vnde igitur illa? Audi, per inuidiam Diaboli mors intravit in mundum. Is enim videns

se

se propter superbiam æternæ mortis adjudicatū: inuidit Protoplasis immortalitatem, & decepit Heum, aque efficit, ut peccarent Protoplasti, & Dei mandatum trāslgredieretur, ut & ipsi fierent mortales. Videatur hist. Gen. 3.

Est itaque Diabolus prima, & peccatum altera causa mortis. Quibus accedit voluntas Protoplasterum consentiens. Deus vero plane nullam sustinet culpam.

L o c u s I. Inique igitur Deum accusamus, quasi is causa fuisset mortis & misericordie, &c.

Sæpiissime etiam maledicimus Adamo & Euæ: quod illi ex pomis vetiti nos conicerent in has miseras. Interim nec Satane nec peccato indignamur. Satana non, quia adhuc illius ductum sequimur promptiori animo, quam Spiritus sancti. Nec peccatis etiam valedicimus. Vbi illud Thren. 3. v. 39. cograndus: super peccata vestra, &c. Hoc itaque agamus, ut Satana atque peccato, quibus iam in Baptismo renunciauimus, sic indignemur, ut nunquam porro aures præbeamus Satanae instiganti ad peccatum. Nec patiamur regnare peccatum in mortali corpore, Rom. 6. v. 12. Sic nil nobis Adami factum praesudicabit. Cum Christus id omne sustulerit, Rom. 5. v. 15. 18. 1. Cor. 15. v. 21 & 22.

I I. Quod morrem naturaliter horrent omnes homines, sicut & ipse Filius Dei, Matth. 26. v. 38 hinc si quod illa est à Diabolo. Ideoq; inter alia mala horribilissimum est mors. At quia mors a Christo deuicta, Ose. 13. ver. 14. 1. Cor. 15. & püs in somnum & quietem conuersa (Mar. 5. v. 39. Apoc. 14. v. 13.) non amplius extimescenda.

F I N I S.

T H E M A C V I .

Sap. 9. v. 14. & 15.

Cogitationes mortalium infirme, &c.

Corpus enim corruptibile agrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit iensem multa cogitantem.

D I S P O

In hoc ea
centum de
a humana
tam hac (qu
nam deplo
placere ho
sequitillaci
tertiorum
aue popu
hominum
cubulum
dentes cat
vita pance
tempore
tempore, & T
lacioni subli

Sapien
tiones dep
1. Pian
orientur, d
latitudine, a
non de his,
bus humanu
tan libum
ad certific
tempera no
spontalia
tempera se
Et illi
humans,
hijos.
2. De h